

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

26

1205, febreiro, 18.

Lope Fernández dóalle ó Cabido da Catedral de Mondoñedo certas herdades situadas en Vilamor, San Xurxo de Lourenzá, San Xoán de Vilarente, cunha casa de Vilamaior, para que celebren un aniversario pola súa alma e a da súa dona Urraca Pérez, sendo bispo don Pelaio II de Cebeira.

A, perg. de 250 x 340 mm. Letra carolinixia.

In Dei nomine. Amen. Ego Lupus Fernandi laborans in longa infirmitate et timens ne mors me furtim subripiat mando omnes meas / hereditates quas habeo cum comparentibus meis uidelicet in Uilla Mediana concurrente ad ecclesiam sancte Marie de Uillamor et in lagena concurrente ad ecclesiam sancti Georgii de Laurenzana et in sancto Iohanne de Uillarenti ecclesiastica et laicalia tam de abolencia / quam de ganancia capitulo canonicorum pro mea anniuersaria tali condicione quod in quantum uixerit uxor mea Urracha Petri et suprinum / meum Pelagium Pelagii teneant ipsam de Uilla Mediana per medium et dent annuatim pro mea anniuersaria iios solidos et ipse meus suprinus / det unum solidum de ipsa mea domo de Uilamaiori quam dedi ei in uita sua et post mortem suam ipsa domus sit capituli et alia hereditas / de Uilla Mediana quam dedi capitulo de abolencia et de ganancia quam ganaui cum uxore mea Urraca Petri. Si forte uxor mea ante dece/sserit hereditas de abolencia cum medietate de ganancia teneat suprinus meus in uita sua et det iios annuatim et uxor mea de / sua medietate faciat suam uoluntatem et si Pelagius suprinus meus antea decesserit ipsa domus de Uillamaiori cum media de ipsa heredi/tate de Uilla Mediana remaneat capitulo et alia medietas teneat uxor mea dum uita uixerit et post mortem suam hereditas / de mea abolencia reuoluatur capitulo et de sua ganancia faciat quidquid uoluerit. Et si forte meos parentes cum eis ibi partire uoluerint / antea dent illis meam porcionem de lagena et postea diuidant et capitulo senper defendat illos cum istis hereditatibus et cum iure / illarum et illi senper dent capitulo illos iios solidos et si neglexerint capitulo recipiat istam domun et illas hereditates. Et si aliquis homo homo contra / hanc meam donationem ad imrumpendum uenerit quicumque fuerit pariat illas hereditates capitulo duplatas et a parte regia ccos solidos et / hanc donationem semper sit firmam. Facta carta donacionis die xiiº kalendas marci Era mº ccº x (=40) iiiº. Regnante rege Adefonso in Legione/ Episcopus Pelagius secundus in sede minduniensis et in Uillamaiore. Rodericus maiorinus episcopi. Ego Lupus Fernandi in hanc cartam donacionis quam fieri iussi / manu propria roboro (*Signo*). Qui presentes fuerunt Petrus testis. Martinus testis. Pelagius testis.

(1ª col.):

Palagius cantor confirmat

Odoarius presbiter confirmat

Capellanus Petrus confirmat

(2ª col.):

Froila presbiter confirmat

Johannes presbiter confirmat

Rudericus presbiter confirmat

(3^a col.):

Didacus diaconus confirmat

Ordonius diaconus confirmat

Garsia Petri diaconus confirmat

(4^a col.):

Petrus Froille confirmat

Garsia Froille confirmat

Martinus Joanni confirmat

(Parte inferior):

Petrus subdiaconus qui notauit. Adicio quoque ego Lopus Fernandi quod si suprinus meus Pelagius filium de legitimo matrimonio / habuerit teneat istam meam domum et compleat pactum patris sui scilicet / unum solidum annuatim.

(Reverso):

B. xxiiii^o. M ui n. 11 De Villamor et de Lagoa in Laurenzaa et de sancto Johanne de Villarente.